



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Lavrentivs Ep. 14. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

secisse, cùm iis, qui neque unde persolvant, habent pauperibus rem credidisser. Multum illi eam rem uxori negotii facebavit. Sed huic identi-  
tate occinebat: neminem umquam quantum-  
prodigum in egenos ad incitas redactum esse:  
is dando accipi, quām dari: tutissimum æra-  
num esse, pauperum sinum: quod his detur, non  
ocum sed mutuum esse: quantum dissolvete Su-  
ci differant, tantum fœnoris ad crescere: & quæ  
cum mercatura lucrosior possit esse, quām  
cum cælum emere? Probavit hoc studium  
vixen, cùm canistrum non magnum portento-  
in panum copiam, fons etiam merum dispen-  
satori ministravit. Adhuc positum in more habuit,  
incubia nocte templum precandi causâ petere,  
ad clausum aliquoties cùm reperisset, nobiles  
Atrienses Cælites aperuerunt. Ille nunquam  
vel ad magnæ MATRIS vel FILII effigiem  
vixit, pulchrâ vicissitudine, nunc ab-  
dere, nunc à vulnere ebrios. Certè ad CHRISTI  
crucem suffixi pedes in templo uitam posuit;  
illa Angelorum verba (*Gloria in excelsis Deo*)  
omnes canerent. Sed ille hæc suavius cani ab  
Angelis scivit. Ex Surio.

Nihil est dignius, quām ut homo sit sui auto-  
imitator, & secundum modum propria faculta-  
tis divini sit operis executor: nam cùm aluntur e-  
rientes, & vesciuntur nudi, nonne auxilium Dei  
vixit explet ministri, & benignitas servi manus  
Domini? S. Leo serm. de Quadrag.

L A V R E N T I V S E P. 14. Novembris.  
Arentem LAVRENTII nostri fuisse ajunt Mau-  
ritium inter Hyberniæ proceres lacissimè im-  
perantem.

Perantem. Ob id cùm oculi Regi Dermicio docerent, Mauritius fidei suæ obsidem in filio, quem natu minimum & charifsum habuit, animum dedit. Et poterat suavissima pueruli ìndoles barbarum licet eujusvis pectus expugnare. Vnus Dermicius rex gratulatus sibi est, quod ægrè denique patri in filio posset facere. Quare innocentissimam animulam vinciri jubet, & in insulam desertam asportari, squalore & sordibus reo utique quam ob-sidi similiorem. Subjecit ea res justas iræ faces Mauritio, ut è satellitio regio duodenos etiam ipse vincitos abduceret morituro filio, nisi in tempore hic redderetur, omnes uni parentaturos. Mitius proin habitus, & in sacrorum hominum sinu eductus Abbas Glindalacensis, tum Dublinensis Archiepiscopus, datus, denique à Pont. ad omnē Hyberniā legatus est. Ergo omnium primò mores Canonicorum in pejus prolapsos ad Majorum regulam correxit, sui etiam severissimus censor. Nam corpus cilicio vestivit, & ter quotidie flagellari à familiari servulo voluit, carneque sibi, quoad vixit, interdixit. Interim ex gentibus numquam pauciores triginta quotidie convivas habuit, satis ipse jucundissimo hoc oculorum epulo pastus. Ultimò dum pacem pacisci inter Henricum Anglorum & Deroigum Hybernorum reges laborat, ab hoc Hyberniā proscriptitur, & in Northmanniā moritur. Reperit in exilio patriam. Ex Lippeloo.

Multi simplices & humiles celos penetrant; nullus vero arrogans, quamvis artium liberalium pollicat scientiā, ad celeste admittetur convivū, tantumq; gravioribus cruciabitur pénis, quanto nequius sonum Dei tractaverit. S. Laur. Iustin. de Calvo  
conntib. c. 14.

SSS.SA-